obispo. fecha la carta XXI dia de mayo, Era de mill et CCC et XXV annos. esta carta es enmendada onde diz con prados. Et yo johan ferrandez, el sobredicho, fiz escreuir esta carta et pus(e) enella mio seello et este mio Sig✠no; ———.

(Arch. del cabildo catedral de Badajoz. Legajo D. 43. Pergamino alargado con cinta de cáñamo y sello de cera.)

IV

# TEXTOS

## PARA EL ESTUDIO DEL DERECHO ARAGONÉS EN LA EDAD MEDIA

Las principales dificultades con que lucha quien intenta el estudio de las instituciones jurídicas de Aragón y Navarra en la alta e. m. son: la carencia de textos publicados; luego, la de textos fielmente reproducidos con arreglo a las actuales exigencias de la crítica. No se trata aquí de trazar un bosquejo de lo que falta, cosa fácil, mas sí de hacer alguna indicación en ese sentido. Entre las compilaciones inéditas existe una, el Fuero de Jaca —preparaba una edición el señor Oliver—, cuya publicación aclararía el hoy difícil problema de los orígenes de cuerpos legales tan íntimamente ligados entre sí por una común ascendencia, como son: la Compilación de Huesca, el Fuero General, el Fuero de Tudela (inédito), el Fuero de Estella. Encauzada así la labor, sería posible llegar de cerca a los orígenes de la legislación navarroaragonesa de la alta e. m. Desde hace largo tiempo allegamos materiales para esta labor. Entre ellos están los que nos ha proporcionado un manuscrito de la Biblioteca Universitaria de Zaragoza, procedente de la librería del doctor Villar, manuscrito sumamente interesante para la historia del Derecho aragonés. Contiene tres compilaciones de Derecho anteriores a la de 1247, unos Fueros de Zaragoza y las Constituciones de las Cortes de Huesca de 1188, de las que ya dió cuenta Zurita en sus *Anales*. El señor Ibarra anunció, hace años, que lo publicaría en su Colección de documentos. Comenzamos esta sección publicando las Constituciones de 1188, una de las Compilaciones indicadas y una reedición del Fuero de Calatayud.

JOSÉ M.ª RAMOS Y LOSCERTALES.

I

## CONSTITUCIONES DE LAS CORTES DE HUESCA DE 1188

Bibl. Univ. de Zaragoza. Ms. núm. 41. Entre los fols. 13 y 22, un cuadernillo en papel cepti de 8 folios. Let. francesa siglo XIII. Dim. 153 × 200. Caja: 103 × 137. Capitales en rojo. Fol. 8 (21 de la foliación total). El texto de las Constituciones incompleto.

Constitutiones d*om*ni Ild*efonsi,* reg*is* Arag*onensis,* comit*is* Barch*inonensis* et marchio P*r*ouincie, / cora*m* baronib*us,* militib*us,* multoq*ue* pop*u*lo regni Arag*onum,* uirisq*ue* sapientib*us,* ap*ud* / Oscha*m* solemnit*er* p*ro*mulgate, sub anno Incarn*ati*onis D*omi*ni M. C. LXXX. VII / era M. CC. XX. VI. mense Jan*er*ii. /

1. Constituim*us* p*er*petuo obs*er*uand*um* p*er* uniu*ers*a eccl*es*ia siue locis religiosis Arag*onum,* / q*uo*d nullus subdito*rum* n*ostro*r*um,* siue fu*er*it p*ri*uata p*er*so*n*a siue miles, audeat p*re*fata loca /, i*n* p*er*so*n*is uel i*n* rebus, aliq*ua*ten*us* grauare uel molestare; q*ui* u*er*o co*n*t*ra* p*re*su*mp*serint, subia / ceant penis *et* q*uo*tis a n*obi*s co*n*stitutis, p*re*cise i*n*hibentes q*uo*d nemo i*n* cl*er*icos uel reli / giosas p*er*sonas uiolentas audeat *i*nicere manus, uel eos diffidare, sciturus q*uo*d / si co*n*t*ra*fec*er*it amore n*os*tro p*ri*uatus iu*rit,* q*uo*d de n*ost*ro *et* curie n*os*t*r*e arbit*r*io fu*er*it cor / poral*em* siu*e* pecuniaria*m* pena*m* incurret. /

2. Quicu*m*q*ue* miles h*ominem* c*hristi*an*um* occiderit, *u*bi ab eo cora*m* testibus fu*e*rit diffidatus, uel n*isi* / defendendo fec*er*it, hab*e*atur p*ro* p*ro*ditore. /

3. Nullus ho*m*o rapiat uel ropet uaccas, oues, equas uel ullu*m* ganatu*m*, n*ec* faciat / ulla*m* roperia*m*, *et* q*ui* fec*er*it reddat ea suo do*m*ino i*n* duplo, *et* pectet d*om*no Regi C / morab*etines; et* q*ui* ropau*er*it i*n* camino publico p*er*det amore*m* d*om*ni Reg*is et* / peitabit ei Mill*e* morab*etines, et* co*n*q*u*erenti duppl*um* rei p*er*dite u*el* ablate. /

4. Simili*ter* nemo aud*e*at pignorare i*n* camino pu*bli*co, nec / i*n* uilla, uel loco pop*u*lato; *et* q*ui* co*n*t*ra*fec*er*it peitabit ei Mill*e* sol*idos*, scilic*et* d*om*no Regi, / *et* ho*min*e pignorato duppl*um* rei q*ua*m accepit reddat. /

5. Nullus homo aud*e*at pignorare boues arechos, n*ec* uaccas, nec equas brauas / p*ro*p*ter* ullu*m* clamu*m, et* q*ui* fec*er*it pectet eas i*n* dupplo senio*rum, et* do*m*no Regi C m*orabetines.* /

6. Si quis h*abuerit* q*ue*rimonia*m* co*n*t*ra* aliquem p*er* h*er*editatibus, / uel debitis, uel aliq*ui*bus ca*us*is, faciat p*r*imu*m* sag*rati*one*m* i*n* illo h*omin*e de q*uo* h*abuerit* q*ue*rimo*niam*, / *et* n*isi* ille uolu*er*it ei fac*er*e directu*m*, faciat in*de* q*ue*rimonia*m* domno Regi uel ei*us* justi / ciis, m*er*inis, judicib*us et* alcaldes ap*ud* q*uos* i*n*ueniat directu*m*; *et* si ille d*e* q*uo* fac*t*a fu*er*it / q*ue*rimo*n*ia nolu*er*it co*m*p*le*r*e* directu*m* p*re*dicti, st*r*ingant eu*m* don*e*c faciat directu*m*, uel do / nent licentia*m* pig-

norandi ip*s*i clama*n*ti, tam*en* no*n* pignoret oues u*e*l uaccas si alia / pignora pot*er*it accip*ere*; sin a*utem* liceat ei pignorare oues u*e*l uaccas tali m*odo*, / ut ten*e*at eas manifeste p*er* IX dies, n*ec* occidat eas, si u*er*o d*ominus* pignoris / uolu*er*it ei dare fidancias d*e* directo p*er* fo*rum* te*r*re, accipiat *et* reddat pignora /, q*uo*d si *non* h*abuer*it i*bi* fidancias d*e* directo ille scilic*et* d*ominus* pignoris, u*e*l ho*mines* / sui donent manulcuatores *et* recipant*ur* atq*ue* pignora reddant*ur*, *et* po*stea* / si potue*r*int h*abe*re fidanças d*e* directo illa pignora sit solta, et manule / uator si*militer* nec redeat po*stea* i*n* ip*s*a manleuda *et* teneat ea q*ue* recepit per / fo*rum* te*rre* donec h*ab*eat su*um* direct*um* co*n*secut*um*; *et* si illa pignora no*n* tenuerit / i*n*fra IX dies u*e*l po*ste*a du*m* ea tenu*er*it p*er* fo*rum* te*r*re, cecid*er*it ea u*e*l ind*e* aliq*ui*d / p*er*did*er*it p*er* sua*m* culpa*m*, paccet ea*m* i*n* dupplo d*omi*no, si*militer* do*mn*o Regi M. mo*r*a*b*eti*nes*. || fol. 8.

7. Quicu*mque* fec*er*it roperia*m* *et* admo*n*itus a clamante /, *et* a merino Regis, nolu*er*it restitu*er*e malef*a*cta cu*m* toto co*n*stituto, om*nes* ju*n*cte te*rr*e ipsius / merinie i*n*surgant, *et* uenia*n*t sup*er* illu*m* malefactore*m* u*bicumque* se miserit cu*m* ipsa / roperia, uel malefacta; simul cu*m* q*uan*to sit emendata peitabit q*uotis* senior / loci, i*n* q*ue*m se miserit q*ui* roperia*m* fecerat, hom*in*ibus illius loci q*uidq*uid da*mpnum* p*er* eu*m* / eis euenerit. /

8. Nullus homo, scient*er*, manuteneat, u*e*l coop*er*iat, u*e*l recipiat latrone*m* uel rap / tore*m*, *et* q*ui* fec*er*it, si est miles *et* fu*er*it sup*er* hoc *compro*batus, u*e*l *co*nuictus, u*e*l apud / eu*m* latro uel raptor a clamante, uel a merino, u*e*l ab a*li*o do*m*ni Regis ho*mine* / fu*er*it i*n*uentus, tene*a*nt*ur* redd*e*re illu*m* latrone*m* uel raptore*m* si fu*e*rit miles u*e*l / alius do*mn*o Regi u*e*l eius justiciis, q*uo*d si no*n* reddid*er*it pectabit ipsa / f*a*cta co*n*q*ue*renti i*n* duplo, *et* do*mn*o Regi Mille so*lidos*, *et* corpus su*um* subiaceat / m*e*rcedi d*om*ni Regis; si u*er*o alius homo fu*er*it p*reter* milite*m* d*e* sup*er*ioribus ca*u*sis / co*n*uictus, u*e*l co*mpro*batus, si no*n* reddid*er*it latrone*m* uel raptore*m* hom*in*ibus Regis, sicut / di*ctu*m e*st* sup*ra*, eandem pena*m* de co*n*stitu*ti*one do*m*ni Regis sustinebit q*uam* latro uel / raptor subire deb*e*ret, sub co*g*nit*i*one tam*en* do*m*ni Regis sueq*ue* curie ac sic*ut* / fuerit de mercede eius. /

9. De hom*in*ibus a*ute*m uilla*rum* i*n* hac re co*n*stitut*um* est, q*uo*d si hui*us* rei iuxta p*re*fat*um* mod*um* / fu*er*int culpa*bi*l*e*s i*n*uenti si*militer* tene*a*nt*ur* redd*ere* latrone*m*, uel raptore*m*, *et* iuuent eos / capi a clamante u*e*l a do*m*ni Reg*is* hom*inibus*, quod n*i*si co*m*pleu*er*int ita pectabunt / i*n* duplo co*n*q*ue*renti da*mpnum* a latrone u*e*l raptore illatu*m*, *et* do*mn*o Regi Mille so*lidos*. /

10. Nulla ciuitas, n*e*c aliqu*a* uilla, faciat marcha*m* / i*n* alia*m* uilla*m* po*s*tq*ua*m i*n* illa*m* q*u*a fu*er*it fideiussor uel debitor, set ueniat ille / q*ui* co*n*q*ue*rit*ur* ad illu*m* locu*m* u*bi* fu*er*it ille d*e* q*uo* fiet q*ue*rimo*n*ia, *et* ostendat q*ue*rimo*nia*m sua*m* / justiciis, m*e*rinis, zaualmedinis, judicib*us* *et* alcaldibus *et* illi faciant f*ie*ri / clamanti direct*um*, u*e*l satisfacia*n*t illi d*e* rebus illius d*e* q*u*o fit q*ue*rimo*n*ia, *set* si / *non* h*abue*-

.rit reddant corpus illius conquerenti; si uero non ita compleuerint supradicti iuri / et stiterit orum [1] culpa uel negligentia, teneantur de suo propio reddere querelanti totum / illud quod debebant consequi ab illo die de quo fecerat querimoniam. /

11. Latro, uel alius maleficus, captus, si aufugerit. Repteritur unde eius in scribto me / moriali a justiciis uel merinis illius loci unde aufugerit ut dicatur de cetero: "latro uel / maleficus uestri initus" [2]. Si uero eorundem culpa, uel minus deligenti custodia, aufugerit, / de facultatibus eorum satisfiat querelantibus in tantum quatenus fuerit dampnum quod receperant. /

12. Quicumque, numorum uel alterius rei mercede accepta, / ocultabit, celabit uel ibi fecerit celare querimoniam de qua domnus Rex iusticiam suam / percepturus erat, tantumdem in duplo prestet domno Regi quantum ei de ipsa querimonia pro / uenturus esset. || fol. 8 v.

2

## COMPILACION PRIVADA DE DERECHO ARAGONES

Bibl. Univ. de Zaragoza, Ms. núm. 41. Comprende del fol. 1 al 6 r. del cuadernillo de papel cepti, antes descrito.

1. *De molino uel furno de parceros.* Si habet opus ibi ad opo de aliqua causa, debet facere / uenire alium ad se adiuuent et debent se adiuuare; et si non uult adiu / uare debet expleitare qui facit illam missionem; et qui non facit scire / ad alium et facit illam missionem non debet eum adiuuare. /

2. *De nulla causa de mobili que fuerit impignada.* Si se ardent las casas [3] de illo / qui tenet impignus ad uista de sos uicinos cum una iura que det, que cremata / fuit cum illas suas casas, perdere habet ille qui ipsam rem impignauit. / Similiter eadem ratione habet si diluuio leuat las casas et illas causas impignadas, aut / hoste qui leuet lo suo et lo suo [4] similiter. Et si foradan las casas o [5] el /teirado o la parede et leuant suum et alienum, et mitunt uoces et apellidum, / similiter isto iudicio sicut suprascribtum habent. Et si exit illo furto por la porta habet / demandare el sennor de casa illa causa aliena. /

3. *De casa o de tenda sigillata et postea aperuerint eam.* Postquam apertam habent illam / portam non debent illam serrare; et si illam serrant habet ibi calonia LX solidos. /

4. De homine qui habet comparatam [6], hereditatam aut camiatam,

1 *así el texto.*
2 *paleográficamente:* ũriuritus.
3 scasas *la* s *inicial tachada.*
4 *así por* alio *o* alieno.
5 *interlineada la* o *sobre una* et *sin tachar.*
6 *así por* habet hereditatem comparatam.

aut de quali causa se uult, / et habet inde fide de saluitate et est inde tenens annum et diem, et si demandant / illam et pignorauerit inde sua fide de saluitate, aut se clamat ad cartam / aut iusticiam, magis se non potest clamare ad annum et diem; set quando / pignorant illum, si dederit fide de directo et se alçat ad annum et diem, / debet ei ualere annus et dies. /

5. *De uassallo de causimento.* Quantum ganauerit cum suo sennor in toto habet / medietatem suo sennor. Et non habet tornam unus ad alium usque ad X / dies que sunt partidos unus de alio. /

6. *De uassallo qui sedet cum sennor ad soldatam.* Quantum ganauerit cum / suo sennor totum est de suo domino. Similiter non habet tornam unus ad alium / usque ad X dies que sunt partidos unus de alio. || fol. 1.

7. De muliere que habet maritum et intrat fide la mulier est suum iudicium, / quod det maritus ad mulierem unam caxatam, et quod iactet illam de casa / tres passadas, et illa quod se tornet ad casa et est foras de fidancia. / Si est infançona, de dies de suo marito habet sedere fidancia, et si / est uillana quando dederit ei illam caxatam suus maritus et la iactat / de foras, si se poterit ire inter ambos irat se cum illa. /

8. Nullo homne qui dat aut prendit treugas, quando dat aut prendit illas, per / fidem, sine fraude, las debet dare aut prendere. /

9. De nullos homnes qui faciunt camios de hereditates, de la una parte debet / ibi habere tornas de auere parum aut multum secundum quod est illo camio. De uendita uel haliala secundum quod est de hereditate. De alias uenditas[1] minutas / ad minus uinum, ad testes singulos denarios. /

10. *De cane qui momorderit ad hominem que est sua calonia.* Quod ligent / illum canem ad una estacha cum una soga de duas braças in loco amplo, / et ad nouem passadas, que sint continuales que non sint grandes, que tiret / el clamant cum lancea uel cum axquona, et si lo potest ferire uadat / per ferido; sin autem que se partat de illo; et tribus uicibus quod tiret. /

11. De homine qui impignat suam hereditatem cum carta, et quando traxerint eam / dicit, qui tenet illam in pignus, quod non habet cartam aut quod perditam illam / habet, et de quali barata se uult ubi carta habere, et dicit quod perdita est la carta et illam non habet, et postea det fide quod iam mas ad cartam non se / reclamet; et quod faciat istam cartam cum testibus. /

12. *De uineas* et *campos ubi non habet parietes.* Si est campo qui fuit iam uinea / aut ortos qui fuerunt iam tapiados, et sunt illi parietes cadudos, et sennor de uinea uel de orto querit illum tapiare debet eum iuuare sennor del campo per medium, aud / debet ei dare sennor del campo la terram unde tapiet. Et si sunt duos campos / que non sint omnes tapiados, et uult unum de illis tapiare, non iuuabit alium si non

[1] *falta la sigla de* e; *el texto* unditas.

se uult de illo q*ui* e*st* illa front*era*, magis alta [1] d*e* uin*e*a au*t* d*e* quali se / uult d*e* ipso *debet* esse ille parie[te]s. || fol. 1 v.

13. De duos homines qui ueniu*n*t ad iudiciu*m* dicu*n*t se q*uantum* q*ue*runt / ant*eaquam* ueniant ante iusticiam, *sed* p*ost*ea gardent se q*ui*d dix*er*int. /

14. *De nullo homine qui mactat alium hominem et se intrat in casam del infançon.* / Omiciero no*n* d*e*bent trah*e*re illu*m* d*e* casa del infanço*n* / n*e*q*ue* i*n*trare p*er* illu*m* i*n* illa casa, s*ed* si se uolunt, debent ceirahare / *et* gardare illu*m* foris d*e* casa; *et* d*e* t*er*cio die in an*tea* no*n* dent ei / com*ede*re uel bib*er*e d*e* domo infançonis. /

15. *De nullo homne qui desheredat aut mactat* et *est homiciero.* I*n* / curia Regis *et* i*n* uia *et* i*n* om*n*i loco se d*e*b*et* gardare, si no*n* prendit / treugas. *Et* homo diffidato si*mi*l*i*ter ista r*ati*one. /

16. [D]e filios uel filias qui dant ad patrem u*e*l ad mat*r*em, *se-cundum* suu*m* posse /, uictu*m* *et* uestitu*m*, no*n* d*e*bent uend*e*re uel i*m*-pignare pat*er* *ue*l mat*er* / d*e* hereditate, *et* si i*m*pignant uel uendunt no*n* h*abe*t recapto, si / testes *habe*nt, q*uo*d hoc faciunt. /

17. *Quomodo debet hereditare filius mortuus ad patrem uiuum. Qualis est filius mortuus qui non debet hereditare patrem mortuum.* Filius q*ui* e*st* / i*n* uentre mat*r*is sue *et* no*n* est natus, *et* suus pat*er* est i*n* hora / mortis *et* moritur, *et* iste filius qui no*n* est ad b*enedictione*m *et* sua / mat*er* non dix*er*it ad suu*m* patrem q*uo*d laxet ad istu*m* filiu*m* q*ui* no*n* / est natus, *et* suus pat*er* no*n* lexat ei a*liquid*, q*uomodo* [2] h*er*e-ditat illu*m* no*n* / d*ebet* h*er*editare. S*ed* pat*er* uiuus h*er*editat ad istu*m* filiu*m* qui no*n* / est natus, *et* e*st* mortuus, d*ebet* illu*m* h*er*editare de q*uan*to est suu*m* / placere isti*us* pat*r*is q*ui* ei laxau*er*it. /

18. De filios bordes pot*est* illos h*er*editare suus pat*er* si uult, quo-tcu*mque* sint, / *cum* V. *solidos* d*e* mobili *et* cu*m* una kaficiata de t*er*ra seminatura /, au*t* cu*m* una h*er*editate, ut no*n* accipiat p*ar*tem cu*m* filiis q*ue* su*n*t / ad b*enedictione*m. *Et* si no*n* d*e*d*er*it eis suus pa-t*er* au*er*e *ue*l a*liqua*m terram p*er* / h*er*editate*m* p*ar*tita*m* p*er* cabeças, p*ar*tirant mob*ile* *ue*l h*er*editate c*um* filiis / q*ui* su*nt* ad b*enedictio*-nem. || fol. 2.

19. *De homine qui dat el suo ad baratam* et *prendit fidanciam de suo auere* et *postea illa / fidancia habet ad pariare. Qu*ando demandat la fid*e* d*e* abonim*ent*o, d*ebet* demandare ille / qui dedit la barata fi-dancia*m* q*ue* p*er* esta peita q*ue* prenden d*e* illa fidancia q*ue* male / ind*e* no*n* ueniat ei. *Et* si non demandat fidancia*m* d*e* abonim*ent*o illa fidancia, / iste qui fecit la barata non d*ebet* demandare ista fidancia q*ue* p*er* esta peita q*ue* / prenden de sua fidancia q*uo*d no*n* ueniat ei male, s*ed* accipiat suu*m* au*ere* / *et* d*e* q*ua*li se uult, de illo debitore au*t* d*e* illa fidancia, q*ui*e sic e*st* for*um*. /

20. *De hospite qui albergat in casa* et *alio die se uadit cum* a*liqua*

1 *así por* altera.

2 *así el texto por*: quomodo non hereditat.

*causa de ullo homine.* / Si se tornat cum le malefacta ad casa de suo hospite *et* postea se uadit, hospite / sennor de casa habet la malefacta reddere. *Et* si albergat *et* postea facit nulla malefacta / non habet respondere sennor de casa. /

21. De furto, de pauco aud de multo, habet tornam. /

22. De qui matat ad hominem aut debet dare homicidio M solidos aut debet esse inforcado. / *Et* si sunt infançones ambos *et* si sunt disffidados non habet homicidio. *Et* si non / sunt disfidados ambos *et* matat unus ad alium habet dare homicidio aut exire / de terra uno anno; *et* ad unum annum si dicit quod non matauit, *et* non habent testes, / postea debent prendere sos parentes directum que iuret super altare qui non illum mactauit, / *et* debent saluare illum sos parentes. /

23. De muliere uidua que tenet bona de suo marito, *et* demandant ei bonam de suo / marito *et* illa querit dare fide de directo, non habet dare fidanciam de directo, / nec illos colligere, sed totos tenentes dicendo, *et* habeat unusquisque suum directum. /

24. *De filio borde quomodo se facit filium de bono homine quomodo se debet facere filium.* / Debet dare patrinos qui lo iurent quod est suus pater illius quod dicit, *et* quod rogauit / illos, ut baptiçarent istum suum filiatum, que fuissent sos compatres *et* patrinos de / isto filio; quia per ferrum leuare multi se facciunt filios bonorum hominum. / *Et* sint illi patrini, aut de illa encontrata aut de illa riberia.

25. De filio qui ferit patrem uel matrem cum manu uel cum pede, debet perdere manum uel pedem / uel membrum cum quo ferit; *et* postea debet eum desfillare. || fol. 2 v.

26. De carta Regis non debet illam dismentire Rex; sed si alius homo dismentit illam / *et* facit inde batalla, sennor de carta non habet directum in ille qui la dismentit in / corpore[1] nec in auere que totum est incursum si Rex non facit illam dismentire. /

27. *De molino qui fresat la ciuera.* Debent cernere illa farina fresata, *et* / cum dos quartales de ciuera debent[2] molere toto illo saluato illo molinero / *et* debent facere bona farina. /

28. *De aqua capitali que dat et tollit et est tamquam Rex.* Aqua capitalis que dat est redrada de illa villa *et* del termino, si tollit la terra *et* la eslauat *et* se uadit / cum illa terra debet hereditare in la rambla *et* in illa eslauatione; *et* si una braça / de illa aqua remanerat unde se solet ire, *et* illo alio braço se acostat ad illa / villa *et* remanet illa in medio, non debet perdere suam hereditatem uel suam uillam / ipse de quo est illa hereditas, usque non uadat nichil de illa aqua per illo braço / unde primo solebat ire, sic quod illa gallina cum pullis inde possit passare *et* / per siccum. *Et* si querit inde post sennor de illa uilla uel de hereditate debet retrahere *et* tornare illo braço, qui se acostat ad

---

1 *el texto*: corpe.
2 *así por* debet.

suam uillam, ad illo alio braço / qui est mater, ipse quod non perdat suam hereditatem. /

29. *De aqua comprata uel acaptada qui comparat aut acaptat una uilla de alia.* / Si est alia uilla in medio ubi habeat açuth non passara illa aqua nisi cum suo / amore; *et* si non habet ibi açuth debet passar la aqua comprata uel acaptata / sine ulla contrarietate, *et* signare que aqua currit cum una estacha, *et* / laxent la sua *et* leuent la aqua comprata uel acaptata, si sua aqua illius / uille ibi currit. /

30. *De homine qui adontat et escarnex feminam per forciam.* Si est infançona / det. D. solidos; si uillana C. solidos habet dare cum que sit probata. *Et* si est disfidado / *et* prendit ibi la mort non habet homicidio. *Et* si est suus equalis quod / accipiat illam ad benedictionem, si uult illa *et* parentes sui. || fol. 3.

31. *De homine qui intrat fide ad alium et obit et*[1] *iste qui mittit fidanciam et uenit / illo plaço de paccare illo auere, ista fidancia uenit ad pariare illo auere.* / In antea que pariet isto auere debet facere testes quod pario cum pignore in currali, / *et* debet accipere de illo a qui pariat fidancia que sit de manifesto, *et* paccet / alius illud auer *et* non ille. *Et* toto hoc facto si habet ad quid se possit tornare /, ista fidancia que pariauit, debet dare fide de sua iura la fidança quod sic / posuit fidancia iste suus parens qui obiit, *et* sine aliis testibus / debent ei dare dupplatum suum auer *et* emendare illud dampnum dupplatum / totum quod inde accepit. *Et* si dicunt parentes istius mortui: "aduerate / nobis per forum terre quomodo pariastis", debet adberare iste qui accepit illud auer / de ista fidancia, *et* debet dicere: "ego abonesco quod ego accepi istud auer / de illa fidancia preterea *et* cum pignus in currali *et* iacuit tot dies / pignoratus", debet credi fidancia *et* iste qui accepit illud auer de illa fidantia /. *Et* adhuc si dicunt parentes istius mortui, aut iste debitor qui in primis fuit /, ad isto pendrador de isto auere: "nolit Deus quod[2] per forum terre fecissetis pariare / ad istam nostram fidanciam istud auer", debet probare cum testibus legalibus / quod, cum pignus in currali *et* per forum terre, fecit pariare istud auer ad istam / fidanciam, *et* quod iurent testes *et* ualet illi. Sin autem audiant la iura / parentes illius mortui aud ille debitor quod non per forum terre *et* pariet illud / auer *et* tota illa malefacta que fecit totum dupplatum. /

32. De homine qui habet muliere ad benedictionem, aut de muliere que habet uirum ad benedictionem /, *et* habent filios unus de alio, *et* qual se uult de illis fecerit filios uel filias / in alia muliere aut cum alio homine, iste habet nomen filius super seminatus, / *et* non debet hereditare patrem suum neque partire cum aliis germanis, quia, qui non / debuit nasci quomodo debet accipere partem? *Et* si non esset

---

1 *así por* obit iste.
2 *sobre línea* quod.

*pro* illa *christ*ianitate *que* est / in eo debent uend*er*e illum alii *ger*mani *qu*ia *non* fuit de *con*iuge. || fol. 3 v.

33. *Villano qui accepit fidanciam ad infançonem. Per* bonu*m* directu*m* deb*et* dare ille / infançone qui se facit fidancia ad illo uillano *quando* intrat fidantia, / *quod* non abs*con*dat ei pignus, *et quod non* q*ue*rat ei male vel faciat ei male / p*er* ista fidancia que ei accepit, *et* h*oc* faciendo de*bet* eu*m* collig*er*e ille uillanus / fidancia ad illo *in*fançone*m*, si h*abe*t pignora bona iste *in*fanço*n*, *et* si no*n* h*abe*t / pignora bona no*n* accipiat illam fidancia*m* ullo modo. /

34. De qui uendit suam h*er*editate*m* *et* poste*a* ueniu*n*t p*ar*entes qui / querunt ei disturbare *et* h*abe*t iam cartam factam *et* fid*e* / data d*e* saluitate, *et* sui p*ar*entes: "nos uolumus eam hab*er*e *tantu*m / quo*modo* alius homo extraneus". Iste q*ui* uendidit faciat aliam carta*m*, / cu*m* fidancia saluitatis, d*e* donatiuo, *et* iste *comparator* no*n* se clam*et* / ad cartam d*e* *com*pra *sed* clam*et* se ad donati*onem*, *et* la iusticia / iudicabit carta*m* q*uam* uidebit *et* cu*m* h*oc* p*otes*t cuad*er*e d*e* suos p*ar*entes / d*e* isto clamo. /

35. *Fazania*. Quidam homo ibat p*er* uiam *et* inuenit multos *ser*pentes / patres, *et* matres, *et* sorores, *et* alios p*ar*entes *et* occidit illos, n*is*i illu*m* / minore*m*, *et* c*re*auit illu*m*, *et* q*uando* fuit grandis c*re*ata obdormiuit se / iste h*omo*, *et* iste s*er*pens intrauit se int*er* suos uestidos *et* inuoluit sę / in sua gula, istius hominis, *et* uoluit cu*m* occid*er*e. *Et* iste h*omo* dixit h*omo* s*er*penti: / "no*n* me occidas, q*ui*a ego c*re*aui te *et* h*abe*o *te* magnu*m* b*ene*f*actum*". R*espon*dit s*er*pens iste: / "si me c*re*asti occidisti pat*re*m, m*atre*m *et* sorores *et* alios p*ar*entes meos *et* id*e*o / deb*e*o te occid*er*e." Sup*er* istas r*ati*ones uen*er*unt an*te* iusticia*m*, *et* tenu*it* abs*con*su*m* illu*m* / s*er*pente*m*, *et* dixit iste h*omo* sua*m* r*ati*one*m* q*uomodo* c*re*au*er*at unu*m* h*omin*em g*ra*nd*e*m f*actum* *et* uolebat / eu*m* occid*er*e. *Et* dixit ei la iusticia q*uod* no*n* da*re*t ei iudiciu*m* ad una*m* sola*m* / r*ati*onem, *et* discoop*er*uit illu*m* s*er*pent*e*m *et* dix*it* *simili*t*er* sua*m* r*ati*one*m* q*uomodo* ille h*omo* occid*er*at suu*m* / pat*re*m *et* mat*re*m *et* suas sorores *et* om*nes* p*ar*entes suos. *Et* dix*it* la iusticia / q*uo*d no*n* dar*et* eis iudiciu*m* ille h*omo* p*re*so stando [1], *et* disuoluit se. Illa iusticia *et* ille h*omo* occid*erunt* illu*m* s*er*pentem. *Et* ista fazania e*st* d*e* illa / iusticia *et* d*e* suis iudiciis. || fol. 4.

36. De homine qui pediat h*er*editatem fidancia*m* directi h*abe*t collig*er*e ad illu*m* q*ui* / est tenens. P*oste*a, si dicit iste qui pediat: "forçasti m*e*am h*er*editat*e*m istam / q*ue* te pediaui", d*ebet* iudicare la iusticia q*ue* leuant*et* la forçia*m* cu*m* duob*us* / testibus ualederos, *et* casas ten*en*tes, *et* q*uo*d iurent sup*er* libru*m* *et* ✠ / q*uo*d sic forçiauit, *et* q*uo*d torn*et* illu*m* i*n* sua*m* tenencia*m* *et* q*uo*d d*et* fidancia*m* / directi iste q*ui* fuit forçado. *Et* si ista*m* forçia*m* no*n* potest leua*n*tare / iste

---

1 *después de* preso, sedendo u*el* *tachado*.

q*ui* erat tenens i*n* p*r*imis *et* q*uo*d d*et* fidancia*m* directi, accipiat / firmum d*e* redra, *et* faciat directu*m* *secundum* q*uo*d ei demandant. /

37. *De empresto* que *homo facit* de *bestia uel* de *ropa*. Si la bestia potest / tornare sana q*uantumque* la teneat no*n* h*abe*t *ibi* a*liu*d n*isi* g*ra*cias, *et* q*uanto* ille cui / emp*re*staue*r*it q*ue* faciat si*militer*. Tale est d*e* ropa p*re*ço, q*ue* se la tornen. /

38. *De desmentimento de justicia*. Si fue*r*it desme*n*tito p*er* iudiciu*m* q*uo*d dede*r*it / *et* p*otes*t tene*re* i*n* pede i*n* curia q*uo*d illu*m* iudiciu*m* directu*m* dedit, de*bet* peitare / ille q*ui* illu*m* desme*n*tiuit mille sol*idos*. /

39. De se*n*nore d*e* uilla, au*t* iusticia, qui adduxit ad directu*m* a*li*q*ue*m homine*m* /, *et* iste demandator q*uan*do uenit a la iura be*ne* p*otes*t illam soltare, si no*n* / dixe*r*it el se*n*nor au*t* la iusticia q*uan*do uene*r*it el clamant ad illos, q*uo*d / faciant directu*m* face*re* de isto homine q*uo*d no*n* faciat a*liqu*od plaitu*m* [1] si*ne* illis / uel q*uo*d no*n* soluat illam iuram si*ne* illis, *et* hoc facto si soltat / pleitu*m* au*t* juram h*abe*t dare ille de-mandator h*oc* q*uo*d de*bet* dare ille / malef*a*ctor. /

40. De *co*manda au*t* pignera no*n* h*abe*t annu*m* *et* diem mossa p*ro* fidancia*m* / directi dare. /

41. *De testibus* qui *sunt dandi ad di*em *sabudu*m et *h*abe*nt testimoniatu*m. P*re*parant fidancias de suas iuras *et* collige*r*at illas testimo*n*iato; p*re*parant fidancias / d*e* suas juras *et* non collige*r*at illas, sem*p*e*r* i*n* ip*s*a hora magis no*n* dabunt / fidancias d*e* las juras, *et* si ha*b*ent *com*plito, bene, *et* si no*n* *secundum* q*uo*d illi dixe*r*int / re*spon*deat. || fol. 4 v.

42. *De tota jura* q*ue* *homo* q*ue*r*it dare*. Si se moritur illud pleitu*m* au*t* se / p*er*dit la h*e*reditas p*er* illa*m* iura*m* h*abe*t torna*m*. *Et* si no*n* in*de* moritur *ue*l no*n* / se in*de* p*er*dit illa h*e*reditas no*n* h*abe*t tornam. /

43. [D]e homine q*ui* uult *monstr*are *t*ene*n*tia*m* d*e* h*e*reditate, *et* p*otes*t in*de* mo*ns*trare carta*m* / d*e* *se* au*t* d*e* suo a*n*tecessore, bonam tene*n*tia*m* m*ons*trat, *et* debe*t* ei uale*r*e. Fidancia*m* / directi dando, carta de*bet* uale*r*e. /

44. De tota bestia maiori *et* asino eq*uarum* h*abe*t angucyras inte*r* noctem *et* / diem q*uinque* aneuas, m*e*d*i*o tritico m*e*d*i*o ordio; *et* ali*us* asinus / xv q*ua*rtales, m*ed*io tritico m*e*d*i*o ord*i*o, inte*r* diem *et* noctem. /

45. De homine au*t* fem*in*a de quibus suspitione*m* habet d*e* furto u*e*l d*e* / alia m*a*lef*ac*t*a* q*ue* h*abe*at facta, de*bet* illu*m* affidançare *uel* i*n* cauleccam incide*r*e, / *et* leuare illu*m* p*er* foru*m* *terre*, *et* no*n* debent ei dare torcillones u*e*l / aliam districtam q*ue* ei faciat, n*e*c p*er*dant suos directos *et* suas / calonias q*ui*a tot directos no*n* de*bet* face*re* illo faminato. /

46. *Testes qui sunt* in *carta*. Si d*icun*t q*uo*d non sunt testes, au*t* q*uo*d no*n* uenit / eis i*n* mentem, h*a*bet dare se*n*nor d*e* la carta fid*e* d*e* sua iura q*uo*d sic fue*runt* / testes f*ac*t*i*, q*uo*m*o*d*o* p*otes*t h*om*o leg*er*e i*n* illa carta, *et* h*a*be*n*t attestimoniare, *et* si h*oc* / nolue*r*int fa-

[1] *así el texto*.

*cere* sennor d*e* la carta h*oc* faciendo q*uantum* p*er*diderit h*abent* / illum addupplare [1] illos testes. /

47. Unus m*er*cad*er*o debebat al[i]u*m* mor*abetinos et* pign*or*auit p*ro* suis mo*rabetinos* istu*m* q*ui* illos debebat, *et* sup*er* ista pign*or*a p*re*sit ei unam polgadam de in [2] sua barba, *et* fecit / iste testes, *et* fuer*unt* an*te* Regem p*a*rentes illi*us* q*ui* debebat illos m*orabetinos et* q*ui* illud / malu*m* fec*er*at. Dix*er*unt do*m*ino Regi q*uo*d ten*eret* eos in suo foro, *et* Rex si*militer* / dixit eis q*uo*d amabat illos *et* si*militer* q*uo*d ten*er*ent ei i*n* suo foro *et* q*uo*d se / acordassent, *et* no*n* potueru*nt* co*n*siliu*m* inuenire n*is*i t*amen* q*uo*d accip*eret* Rex / h*oc* q*uo*d illi placebat *et* q*uo*d laxass*et* si*militer*. *Et* dix*it* eis Rex: "ite *et* habete / amore*m* illi*us* m*er*cad*er*ii *et* post*e*a uenite ante me". *Et* uen*er*u*nt* an*te* illu*m* / m*er*caderiu*m et* expoliau*er*unt se LXX *et* duo m*er*cad*er*os meliores q*uo*s inuen*er*unt, ¦¦ fol. 5 v. ¦¦ et cu*m* singulis uirgis i*n* manibus *et* i*n* braccis uen*er*unt ad illu*m* m*er*catorem fi*n*gentes / an*te* eu*m* genua, *et* besaron suas manus, *et* ded*er*unt ei suos mo*rabetinos, et* pep*er*cit eis. / Post*e*a uen*er*u*nt* ante Regem *et* rogau*er*unt eu*m* q*uo*d h*a*buiss*et* eis m*er*cedem *et* ded*er*unt / ei mil*le* s*olidos*, *et* pep*er*cit eis, *et* laxauit eis illa*m* medalia*m* de auro. /

48. Qui pign*or*at *et* in antea q*ue* intrent los pignus i*n* currale, au*t* an*tequam* recipiat / suu*m* auer, non demandat fidancia*m* d*e* abonim*ento* q*ue* e*st* fide d*e* manifesto /, si se uult ille q*ui* pign*or*atu*m* h*a*b*e*t, postq*uam* paccatus sit, no*n* dabit fidancia*m* / d*e* abonim*e*nto; *et* si d*e*d*e*rit fidancia*m* d*e* aboni*mento* q*ua*ndo se uult, magis / no*n* se h*abet* tornare ad illu*m* pign*or*atore*m*, q*uomodo* facci*unt* p*ro* alia debita, si no*n* / h*a*buiss*et* pign*or*ata*m* sua*m* fidancia*m*, s*ed* p*ro* ista c*aus*a ad suam fid*e* se h*a*b*e*t / tornare *et* non ad aliu*m* pign*or*atorem. /

49. *De homine qui est tenens hereditatis* et *uenit alius qui dicit*: "*ego / sum tenens*". Ipse qui est tenens annu*m et* die*m* ip*se* iur*et* q*uo*d est ten*e*ns / a*nnum et* diem, *et* d*et* fidancia*m* directi, q*u*ia no*n* h*abe*t dare testes. /

50. [D]e uassallo q*ui* alçat manu*m* p*er* ferire suu*m* se*n*nor, *et* p*re*ndit arma / p*er* ferir suu*m* se*n*nor, cu*m* testibus q*uo*s h*a*beat do*minus*, manu*m* d*e*bet p*er*d*er*e / uassall*us*; *et* si no*n* h*a*b*e*t testes iur*et* uassallus sup*er* altare u*b*i iuratur / p*ro* homicidio. /

51. De latrone q*ui* fu*er*it manuleuato au*t* fu*er*it p*ro*bato d*e*b*et* reddi de uollo / dicendo, *et* pot*es*t illu*m* iusticiare a quibus latrocinau*erit*. *Et* si ille latro fu*er*it captus *et* ded*er*it fide directi, ampli*us* no*n* d*ebet* reddi, s*ed* illa fidancia / d*e*b*et* facere co*m*pleri las calonias *et* las nouenas *et* totos los directos, / *et* si sunt multe res furate da una, q*ua*le se uult, a quib*us* fuit / furata ip*s*a c*aus*a uen*er*it cu*m* nouena [3].

---

1 adculpare, *tachado* culpare, *sobre línea* duplare.

2 *sobre línea* in.

3 *Al fol. 7 v., después de los "Fueros de Zaragoza", se repite este cap.*: De latrone manuleuato p*ro*bato deb*et* reddi ip*semet* de uolo d*i*c*e*ndo *et* possu*nt* /

52. De qui *com*parat *de* latrone c*ausam* furat*am*, *et* scit q*uo*d est furada, *et* est / discooperto *et* pro*ba*to, oculos de*bet* p*er*d*ere*, ut dicat q*ue*rentibus ab eo /: "Q*uare* p*er*didisti oculos?"—"Q*ui*a emi a latrone re*m* furata*m*." *Et h*oc est suu*m* uidiciu*m*. || fol. 5 v.

53. Infançonus qui uenit de alia terra *uel* d*e* alio regno, q*ui* uenit i*n* / Arago*n et* ducit muliere*m* uillana*m et* i*n*trat i*n* capu*t* mansu*m* no*n* / se p*ote*st defend*er*e de uillania, q*uia* d*e* infancione fit uillanus. / E [1] uillano q*ui* uenit d*e* al*i*o regno i*n* Arago*n et* ducit muliere*m* / infançona*m et* intrat i*n* cap*ut* mansu*m* infançonus, no*n* de*bet* esse / uillanus, q*uia* de uillanus fit infançonus. /

54. De homine qui co*m*parat bestiam i*n* regno Arag*onum et* uenit / alius *et* dicit: "furata fuit m*ih*i uel reubata", de*bet* dare ille / qui *compar*auit fid*e* directi q*uo*d otore*m* h*abe*at, *et* debent i*n*trare / i*n* atoricio x die*rum* ant*e* iusticia*m et* de*bet* dare ip*sum* otore*m* / u*b*i fuit fa*c*ta co*m*para illa, *et* i*pse* de*bet* dare fidancia*m* de / redra, ip*se* dando ei otor, *et* ipse otor de*bet* dare fidancia*m* / directi sup*er* illu*m* *com*paratore*m*; *et* ita p*ote*st ire de uno i*n* aliu*m* / usq*ue* i*n* tercium, *et* debent eu*m* sequi *per* regnu*m* Aragonis / u*b*i dare pot*er*it ip*sum* otorem, s*ed* no*n* extra regnu*m*. *Et* sunt / ipse cruces u*b*i possint dari usq*ue* i*n* Hariza *et* usq*ue* i*n* / Uadu*m*longu*m et* usq*ue* i*n* Camfrancu*m et* usq*ue* i*n* Aynsa / *et* usq*ue* i*n* Cinqua. H*oc* est p*er* foru*m* Arago*num*, *et* si terciu*m* / otore*m* no*n* p*otest* dare sit i*n*cursus corp*ore* et auere. || fol. 6 r.

3

## FUERO CONCEDIDO A CALATAYUD POR ALFONSO I DE ARAGON EN 1131 [2]

A) AHN. Vitrina. Procedente del Arch. Colegiata de Calatayud. Letra sigl. XIII. Pendiente un sello de cera blanca y una bula. Dim. 595 × 798.

---

testificare eum quibus latrocinauit *et* si latro fu*e*rit captus *et* dabit fid*anti*am directi / no*n* d*ebet* reddi magis. S*ed* illa fidantia debe*t* fac*ere* co*m*pl*ere* calonia *et* nouenas *et* / c*au*sa furata, et si sicut multe res furate vna q*uam* q*uam* uolu*e*rit q*ui*bus fuit furata ip*s*a / cosa ueni et cu*m* nouena.

1 *así el texto.*

2 A y B proceden del original del fuero: *A*) es la copia enviada al concejo, y B), la incluída en el Reg. De A se conoce una copia que existe en la BN., ms. sigl. XVI. Cfr. Roca: *Cat. de los mss... Gayangos*, núm. 1062, y se tiene noticias de otras tres: la de don José Aparicio, que había sido cotejada con una del Prior del Sepulcro don Miguel de Monterde, y otra de la Curia del Justicia. Las ediciones hechas a base de estas copias son las de Muñoz en su *Colecc.*, 457, sgs., que aprovechó la cotejada de Aparicio y el ms. de Gayan-

B) ACA. Reg. 2. fols. 36 v. a 39 r. Confirmación hecha en 1286 en Zaragoza por Alfonso III.

(Crismon.) In D*e*i *no*mine *et* ei*us* g*rati*a scilicet Pat*r*is *et* Filii *et* Sp*i*-*ritus* S*an*c*t*i ame*n*. Gr*ati*a D*e*i, ego *qu*ide*m* Adefon*sus*[1] rex facio ha*n*c carta*m* donac*i*onis *et* confirmac*i*onis ad uos totos pop*u*latores de Calataiube; q*u*i ibi estis p*op*u*l*atos[2], *et* i*n* antea ibi uene*ri*tis pop*u*lare, *et* p*ro*[3] amore D*e*i, *et* q*uo*d bene pop*u*letis[4], *et* sedeat pop*u*lata, *et* totas g*ente*s ibi uenia*n*t pop*u*lare cu*m* bona uoluntate, et sedeatis ibi *con*g*re*gati ad honore*m* d*omi*ni *no*s*t*ri Ih*es*uch*rist*i *et* S*an*cte D*e*i genitricis Marie Uirginis *et* o*mnium* s*an*c*toru*m, ad honore*m* *et* salute*m* ch*rist*ianor*um* *et* ad *con*fusione*m* *et* maledictione*m* pagan*orum*, destruat illos d*omi*nus D*eu*s, ame*n*, dono *et* *con*cedo uo*bis* q*uo*d habeatis foros [t]ales quales uos ip*s*i m*ich*i dema*n*dastis.

1. In primis q*uo*d habeatis medianeto cu*m* totas m*e*as te*r*ras ad u*es*tra porta de Calataiub.

2. *Et* nullo ho*mine* de Calataiube no*n* sit[5] p*re*so p*er* nulla occasione foras de Calataiub, *et* no*n* respondeat foras de suo *con*cilio ad nullo ho*mine*; *et* q*u*i inde eu*m* forçau*er*it pectet M. morabetis, t*er*cia pars ad Rege*m*, *et*[6] tercia ad *con*cilio, *et* tercia ad q*u*ereloso, *et* adiuuet illi senior ***et*** *con*cilio.

3. *Et* totos pop*u*latores q*u*i uen*eri*nt ad Calataiub pop*u*lare de totos debitos que habueri*n*t factos, *et* calonias, *et* clamos fu*er*int s*upe*r illos, de Rege *et* de totos alios ho*min*es, si*n*t soltos, *et* finitos; *et* u*bi*cu*m*q*ue* habueri*n*t h*er*editates *et* auere, habea*n*t illum totu*m* soltu*m*[7] *et* ingenuu*m*, lib*erum* *et* francu*m* p*er* ue*n*dere, *et*[8] dare, *et* impignare cui ip*s*i uolu*er*int.

4. *Et* si euen*er*it causa q*uo*d inuenia*n*t ho*mine* mortuo in t*er*mino suo, n*on* sit homicidio pariato.

5. *Et* ho*min*e q*u*i no*n* sit de Calataiub, si matau*er*it ho*min*e de Calataiub, aut p*re*ndid*er*it, u*e*l discaualgau*er*it, pectet M morabetis, t*er*cia pars ad Rege*m*, *et* t*er*cia ad *con*cilio, *et* t*er*cia ad q*ue*reloso.

6. *Et* si ho*min*e de Calataiub matau*er*it[9] suo uicino, *et* pare*n*tes de mortuo firmare potu*er*int, ip*s*e qui fec*it* pectet CCC solidos, C s*oli*-*dos* ad Rege*m*[10], CC soli*dos*[11] ad suos parentes, *et* sit ille q*u*i fec*er*it homiciero; *et* si non potueri*n*t firmare pare*n*tes, saluet se cu*m* XII iuratores uicinos. *Et* q*uo*d fu*er*it homiciero, sicut sup*eri*us dixi, stet

gos, y la de La Fuente en *E. S.*, XXIX, 346, sigs., y en *Hist. de Calatayud*, I, 318, el cual se sirvió de la copia de la Curia del Justicia anotando las variantes de la ed. Muñoz, y de la de Bofarull en *Col. docs. inéds.*, VIII, 102, quien transcribió muy defectuosamente A o una copia. La referencia es al R. 64, fol. 36. Fernández y González reprodujo la ed. de Muñoz en *Hist. de los mudéjares*.

Variantes B.

1 Alfonssus.
2 populatus.
3 quod.
4 *omite* populetis.
5 si.
6 *omite et.*
7 saluum.
8 *omite* et.
9 *añade* ad.
10 *añade* et.
11 *omite* solidos.

intro in [1] sua casa nouem dies, post nouem dies exeat de uilla, *et* stet foras usq*ue* habeat amorem de parentes mortui. *Et* q*ui* fuerit mortuus non habuerit parentes, *con*cilio accipiat suo omicidio, et partat p*er* sua anima ubi fuerit necesse.

7. *Et* uicino de Calataiub q*ui* potuerit tenere homines in suo solare, chr*isti*anos, aut mauros, aut iudeos, ad illo respondeant, *et non* ad nullo [2] alio seniore.

8. *Et* nullo uicino q*ui* rapuerit sua uicina, q*ui* sit de Calataiub, paret illam in medianeto an*te* suos parentes *et* uicinos de Calataiub; *et* si uoluerit illa ire ad suos parentes, pectet ipso arrabitore ad parentes de muliere D sol*idos*, *et* p*os*tea sit omiciero, *et* si illa uoluerit stare [3] cum illo uiuant se, ut meli*us* potuerint, *et* illa sit omiciera.

9. Similiter uicino q*ui* sua uicina forçauerit, *et* illa uenerit uoces mitendo, *et* illa II testes habuerit, pectet ut sup*erius* dixi, *et* sit omiciero; *et* si *non* potuerit illa firmare, *et* ipse negauerit, saluet se *cum* XII iuratores, *et* si se *non* potuerit saluare pectet *ut* superius dixi.

10. *Et* uicino q*ui* sacauerit armas *super* suo uicino *intro in* [4] la ciuitate, pectet LX sol*idos*: tercia pars ad Regem, tercia ad *con*cilio [5], tercia ad q*ue*reloso. Sim*iliter* q*ui* uenerit *in* bando sup*er* suo uicino, *et* ferirat, uel peliarat [6], pectet LX solidos simil*iter* p*er* III partes.

11. *Et con*cilio de Calataiub q*uo*d habeant [7] iudice q*ua*le ipsi uoluerint [8], *et* sit usq*ue* ad anno; *et* p*os*tea q*uomodo* placuerit ad illos.

12. *Et* q*ui* excutierit pignos ad iudice pectet illi V *solidos;* et q*ui* excutierit pignos ad saione [9] pectet VI denarios.

13. *Et* iudex q*ui* fuerit, ipse demandet las calonias q*ui* euenerint [10] ad seniore.

14. *Et* nullo uicino *non* sit merino de Rege, neq*ue* de seniore, *et* q*ui* ibi intrauerit pectet M sol*idos* ad *con*cilio.

15. *Et* senior q*ui* fuerit de Calataiub non firmet sup*er* nullo uicino.

16. *Et* nullo uicino de Calataiub *non* donet lezta [11] in tota terra de domino Rege; *et* q*ui* illi tulerit p*er* força pectet M morabetis in III partes, ut superius dixi.

17. *Et* ad uicino cui pignorauerint p*er* comparare cauallo, uideat concilio sua bona, *et* si habuerit ad *com*prare, *com*pret.

18.[12] *Et* si habuerit dominus noster Rex lite [13] campale, uadat tercia parte de illos caualleros, *et* de illa tercia parte ipse q*ui non* fuerit in hoste pectet I sol*idum*.

19. Et caualcatores [14] q*ui* exierint de Calataiub, de ganancia q*uo*d fecerint, emendent plagas totas, *et* alçent cauallos, *et* donent una quin-

1 *omite* in.
2 ullo.
3 ire.
4 *omite* in.
5 *añade* et.
6 *así* A.
7 habeat.
8 ipse voluerit.
9 sagione.
10 venerit.
11 leçda.
12 *el orden que siguen en* B *los caps.* 18, 19 y 20 es: 19, 20, 18.
13 ire.
14 caualgatores.

ta de captiuos *et* de ganato uiuo, *et* de totas alias causas n*on* de*nt*[1] nata.

20. *Et* si euenerit q*uo*d prenda*nt* captiuo[2], q*ui* sit Rex, sit de do*mi*no Rege, *et* de alio captiuo sua quinta.

21. *Et* nullo cauall*ero* de Rege, neq*ue* de seniore, neq*ue* de nullo ho*mi*ne n*on* habeat posad*er*ia in casa de uicino de Calataiub sine sua uolu*n*tate.

22. *Et* habea*nt* uicinos de Calataiub fornos, *et* ban*n*os, *et* tendas[3], *et* molinos, *et* cannales ubi un*us*q*ui*sq*ue*[4] meli*us*, potuerit facere.

23. *Et* q*ui* debuit iurare p*er* omicidiu*m*, uel p*er* batalla, iuret *super* altare, *et* p*er* alias causas iuret sup*er* cruce de fuste au*t* de pet*ra*; *et* dicat, q*ui* debet iurare: "p*er* De*um* *et* ista cruce iuro *tibi* *et* *non*nulla causa alia"; *et* dicat, q*ui* pre*n*det la iura, q*uo*d si me*n*tet, p*er*duto sit; ille q*ui* iurat resp*on*deat[5] una uice: "Amen"; *et* n*on* sit ibi atra[6] achiaq*ui*a neq*ue* referta in iura, *et* n*on* pass*et* *super* la cruce; *et* placito[7] de iura de sol ad sol.

24. *Et* uicino qui ad alio ferrat intret illi in[8], man*us* sit pedone, sit cauall*ero*.

25. *Et* uicino de Calataiub n*on* habeat manaria.

26. Q*ui* fu*er*it fidiator de mandame*nt*o p*os*t medio anno n*on* respondeat[9]. Q*ui* fu*er*it fidiator de pecto q*uam*diu uix*er*it respondat; p*os*t morte*m* ei*us* n*on* resp*on*dat uxor ei*us*, neq*ue* filii, neq*ue*, nullo parente per illo.

27. Homicidiero q*ui* fug*er*it ad Calataiub, au*t* q*ui* addux*er*it muliere rapita, si aliq*ui*s i*n*calçau*er*it illos, n*on* i*n*tret p*os*t illos i*n* t*er*mino de Calataiub usq*ue* faciat scie*n*te ad *con*cilio.

28. *Et* q*ui* i*n*calçau*er*it suo uicino p*er* ferire, au*t* pr*en*d*er*e, *et* si inserrauerit[10] illu*m* in sua casa, *et* ferirat, u*el* pulsarat ad sua porta; *et* si habu*er*it ip*s*e inserrado duos testes, pect*et* ipse q*ui* male fec*it*, ad ip*s*o qui fuit insarrado[11] CCC sol*idos*; *et* si n*on* h*abe*t testes iuret super altare[12] u*bi* iura*nt* p*er* omicidiu*m* q*uo*d n*on* fec*it*.

29. *Et* testes falsos si*nt* tornados p*er* batalla.

30. *Et* nullo uicino soluat pignora de alio, nisi ganato qui mane exit de uilla *et* nocte debet uenire; *et* q*ue* iuret *do*mi*no* de ganato que mane exiuit, *et* nocte[13] deb*et* uenire; *et* p*os*tea uadat ille p*er* q*uo*d *est* pignorato, *et* mittat fidança p*er* an*te* suo iudice; *et* si nolu*er*it prend*er*e faciat ibi testes *et* ueniat se; *et* p*os*tea *do*mi*no* de ganado[14] t*ra*hat illu*m* ut meli*us* potu*er*it.

31. *Et* q*ui*[15] p*re*serit pignos de suo uicino, *et* angarau*er*it[16] illos[17] foras de casa duplet illos.

---

1 donent.

2 cativo.

3 tiendas.

4 unusquisque ubi.

5 respondat.

6 *así* A. B altera.

7 *borrado*-to. A.

8 *ilegible* intret illi in manus. A.

9 respondat.

10 *la* i *inicial superpuesta a una* e, *corrección de la misma mano que el fuero.* A.

11 inserrado.

12 *enmendé el texto*: sibi altero AB.

13 *ilegible* mane-nocte. A.

14 ganato.

15 Si *por* Et qui.

16 *la* a *inicial corre la modernamente en el* A.

17 illos *ilegible.* A.

32. *Et* toto uicino[1] q*ui* fu*er*it d*e* Calataiub si fec*er*it illi uirto senior au*t* alio uicino faciat ranc*ura* i*n* *con*cilio, *et* pos*t*ea adiuuet[2] illi *con*cilio; *et* si noluerit[3] illi adiuuare[4] *con*cilio, laxet ibi in uilla uxor ei*us*, *et* filios, *et* auere, *et* toto *qua*nto h*abe*t u*t* sit[5] saluo p*er* ad illo, *et* pos*t*ea exeat de uilla, *et* pignoret ad *con*cilio, ubi meli*us* potue*r*it, usq*ue* dupl*en*t illi suo au*ere* *con*cilio.

33. *Et* toto mauro q*ui* e*st* i*n* t*er*mino de Calataiub, *et* fug*er*it[6] ad escuso, donet *con*cilio sua hereditate ad *christ*iano, *et* de iudeo simili*ter* fiat.

34. *Et* *christ*ianos, *et* mauros, *et* iudeos *com*pre*n*t u*nus* de alio u*b*i uolu*er*int *et* potu*er*int.

35. *Et* *christ*iano q*ui* matau*er*it iudeo, au*t* mauro, si fu*er*it manifesto pectet CCC solidos, *et* si negau*er*it saluet se cu*m* sibi alt*ero*[7], cum iura, q*uod* no*n* fec*it*.

36. *Et* *christ*iano firmet ad iudeo cu*m* *christ*iano *et* iudeo; *et* iude*us* ad *christ*iano simili*ter*; *et* de mauros simili*ter* fiat.

37. *Et* *christ*iano iuret ad iudeo *et* ad mauro s*uper* cruce; *et* iude*us* iuret ad *christ*iano in carta, sua Atora tenendo; *et* mauro q*ui* uolu*er*it iurare ad *christ*iano ei dicat: "Alamin[8] canzano et talat teleta"[9].

38. *Et* cl*er*icos q*ui* fu*er*int i*n* Calataiub sedea*nt* un*us*q*ui*sq*ue* i*n* suas eccl*es*ias *et* done*n*t q*uar*to ad Ep*iscop*o, *et* q*uar*to ad sua eccl*es*ia de pane, *et* uino, *et* corderos; *et* de nulla alia causa no*n* done*n*t quarto *et* seruia*nt* suas eccles*ias*; *et* habeant foros *et* iudices sic*ut* suos uicinos.

39. *Et* q*ui* uendet h*er*editate, ip*s*e q*ui* *com*parat[10] illa i*n* coll*atio*ne de ip*s*o q*ui* ue*n*det ibi uadat *et* ibi faciat suo m*er*cato.

40. *Et* de h*er*editate q*ui* fu*er*it uendita p*er* L sol*idos* *et*[11] in suso, donet[12] i*n* roborac*io*ne q*ui* *com*prat II solidos, *et* si nolu*er*it dare II sol*idos* donet ad quatuor homines[13] iantare.

41. *Et* q*ui* *com*parau*er*it h*er*editate *et* tenu*er*it illa p*os*tea medio an*no*, no*n* respo*n*dat p*er* illa ad nullo ho*m*ine.

42. Testimonia falsa q*ui* p*er* batalla cadet duplet illo au*er*e.

43. *Et* lat*r*one q*ui* furtau*er*it, *et* p*os*tea negau*er*it, *et* litiau*er*it, *et* cadet, duplet illo au*er*e ad suo do*m*ino[14] *et* nouenas ad palacio[15].

44. *Et* toto ganato forano de Calataiub, q*ui* po*s*t tres dias[16] stet*er*it in t*er*mino de Calataiub, donet montatico: de busto, bacca, *et* de g*r*ege, carn*er*o; medio ad seniore[17], medio ad *con*cilio.

45. *Et* uicino de Calataiub n*on* donet q*ui*nta in nulla parte n*isi* in Calataiub.

---

1 ci *interlineado*. A.
2 adiuet.
3 si noluerit *ilegible*. A.
4 adiuare.
5 *añade* illi.
6 fugierit.
7 *así* AB *por*: eum super altare.
8 Alamet.
9 taleta.
10 comprat.
11 *omite* et.
12 det.
13 *roto el doc*. h[omin]es. A.
14 domno.
15 *roto* [pal]acio. *interlineado de letra más moderna* ala. A.
16 dies.
17 *añade* et.

46. *Et qui* tenet captiuo[1] mauro in Calataiub, *et per* ipso mauro tenent *christ*iano *in terra* de mauros, ueniant parentes de *christ*iano *et* donent *in quanto* fuit *com*parato[2] ip*so* mauro, *et* despisia *que habet* facta, *et* accipiat lo mauro *et tra*hat suo *christ*iano; *et* si non exierit *pos*tea *per* illo el *christ*iano ipse *qui* fuit d*omino*[3] de mauro, si uoluerit, accipiat suo mauro *et* tornet au*e*re *que*[4] *pre*sit.

47. *Et qui* pignorau*erit in* uilla sine saione, VI *denarios* pect*et* ad iudice.

48. *Et pri*mo *pop*ulator *qui* uen*erit non* respondeat[5] ad alio *qui* postea uenerit *quidem* nullo pecto, neq*ue* de clamo antea facto. *Et* si duo *pop*ulatores in uno uen*erint*, *et* unus[6] ad alio deman*d*au*erit*, stent ad laudam*ento* de *con*cilio.

49. *Et* qui malau*erit* u*el* escabenau*erit* muliere maritata, *et* habu*erit* II testes, pect*et qui* fecit CCC sol*idos* ad marito, *et* ad parentes de muliere; *et* si *non* h*abe*t testes ueniat cu*m* XII, *et* iure*nt* los VI *cum* illo.

40. *Et* si muliere ad alia malau*erit* intret *in* man*us*; *et* si[7] fec*erit* liuores pect*et* illos si *habe*t testes, *et* si no*n* h*abe*t testes iuret *per* suo cabo.

51. *Et* si mauros u*el christ*ianos leuarent ganado de uicino de Calataiub, *et pos*tea tornau*erint* ip*so* ganado caualgadores[8] ad Calataiub, ueniat do*min*o de ganado[9], *et* iuret sibi alt*ero quo*d suu*m* fuit, *et* no*n* illu*m* dedit, neq*ue* uendidit[10]; *et* si e*st* cauallo, au*t* equa, au*t* mulo donet V sol*idos et* pr*e*ndat sua bestia; *et* de boue, *et* asino I solido.

52. *Et* ho*mine* de Calataiub si aflaverit captiuo *qui* fugiat, *qui* sit de uilla, habeat in*de* V sol*idos*; *et* si non fu*er*it de uicino habeat in illo lo medio.

53. *Et qui* excutierit ganado[11], *qui non* sit de uicino, foras de t*er*mino, habeat in illo lo medio.

54. *Et* ho*mine* de Calataiub *qui* habu*er*it ranc*ura* de alia terra[12], *et* fuerit ad ip*so con*cilio unde h*abe*t ranc*ura*, *et non* fec*erint* ibi illi nullo directo, faciat ibi ho*mines*, *et pos*tea ueniat ad Calataiub, *et* pr*e*ndat ho*mines*, *et* faciat pignora de ca*m*po, *et* de ip*s*a pignora q*ue* fec*erit* pr*e*ndat in assadura LX sol*idos*. *Et* in ip*s*a pignora ho*mine*s de Calataiub[13] alio ho*mine*[14] mactare*nt* no*n* sit homicidio pariato.

55. *Et* si *christ*iano ad iudeo ferirat[15] no*n* intret illi *in* man*us*; *et* si fec*erit* liuores, *et* habuerit iud*eo et christ*iano, pectet los[16] liuores; *et* si no*n* h*abe*t testes, iuret q*uo*d no*n* fecit; *et* de mauro simil*iter* fiat; *et* de iudeo *contra christ*iano simil*iter* fiat.

---

1 *roto* ca[pti]uo. A.
2 comprato.
3 *roto* do[mino]. A
4 quod.
5 respondat.
6 uno.
7 *roto* si A.
8 caualgatores de.
9 ganato.
10 *roto* [uen] didit. A.
11 ganato.
12 *roto* [terra]. A.
13 in ipsa homines de Calataiub pignora.
14 *omite* homine.
15 feriret.
16 las.

56. *Et* si *christianos* uel mauros leuare*nt* ganado de Calataiub in [1] preda, *et* caualleros uel [2] pedones q*ui* excutieri*nt* ip*so* ganado foras de *termino*, prenda*nt* de cauallo, *et* egua [3], *et* mulo V so*lidos*, *et* de asino *et* boue I so*lido*, *et* de res minuta, de la cabeça II denarios; *et* isto *termino* de isto ganado [4] sit tale q*ua*le e*st* scrip*tum* un*de* te*r*ra partim*us*.

57. *Et* in*super* de totos foros, *et* iudicios, *et* tortos q*ui* fu*er*int int*er* uicinos minutos et g*ran*des, q*ui* no*n* su*nt* scr*ip*tos *in* ista carta, q*ue* si*nt* in arbitrio *et* laudamento de toto co*n*cilio, *domino* Deo adiuuante.

58. *Et* q*ui* fec*er*it plaga ad suo uicino, un*de* exeant ossos, pectet q*ui* fec*it* ad ipso plagato LX so*lidos*.

59. *Et* q*ui* c*r*ebau*er*it dente ad suo uicino pectet C so*lidos*.

60. *Et* q*ui* tallau*er*it mano de suo uicino, aut pede, u*el* occ*ul*o sacauerit, u*el* nares tallau*er*it pectet homicidio.

61. *Et* mancipo [5] q*ui* stat ad soldada [6] matau*er*it ho*mine*, *et* q*uan*diu [7] stet*er*it cu*m* suo amo demandare*nt*, illi faciat directo, *et* po*s*tea q*ue* exierit de suo amo, suo amo non respondat.

62. *Et* si nullo ho*mine* [8] habuerit baralla [9] cu*m* suo uicino, *et* [10] p*er* ip*s*a baralla filios de ip*s*os, ho*mine* matau*er*i*nt*, parentes pecte*nt* homicidio.

63. *Et* si pat*er* filiu*m* suu*m* matau*er*it, *et* p*ro* pecc*a*tis ind*e* morierit, no*n* sit homicidio pariato.

64. *Et* si ferirat [11] cauallo, uel boue, u*el* alia [12] bestia ad ho*mine*, *et* inde morierit, no*n* sit homicidio pariato; s*ed* si fec*er*it alios liuores pectet illos.

65. *Et* si casa caderat, *et* matau*er*it ho*mine*, no*n* sit homicidio pariato.

66. *Et* si homine caderat in canale d*e* molino u*el* açenia *et* morirat, no*n* sit homicidio pariato.

67. *Et* nullo uicino de Calataiub q*ui* passarat p*er* los portos de Pampilona, u*el* p*er* ip*s*os de Iaca, no*n* donet lezda in ida neq*ue* in uenida, *et* q*ui* illi p*r*iserit [13] pectet M. morabetinos p*er* tres partes, ut sup*er*i*us* dicet.

*Et* ego q*uidem*, g*ra*t*i*a Dei, rex Adefons*us* dono u*obi*s terminos ad ho*min*es d*e* Calataiub. Dono u*obis* Codas cu*m* suo t*er*mino, *et* q*uo*m*odo* las aq*uas* [14] cade*nt* usq*ue* ad Calataiub, *et* q*uo*m*od*o uadit illa serra de Castella [15] *per* no*min*e Albiedano, *et* q*uo*m*odo* uadit ip*s*a serra d*e* Midorna [16] usq*ue* ad Calataiub. *Et* dono u*obi*s Be*r*dello cu*m* suo t*er*mino *et* usq*ue* ad Calataiub. *Et* dono u*obis* Karauantes cu*m* suo t*ermino* usq*ue* ad Calataiub. *Et* dono u*obis* Albalat cu*m* suo t*er*mino *et* ind*e* usq*ue* ad Calataiub. *Et* dono u*obis* Fariza cu*m* suo t*er*mino *et* in*de* usq*ue*

1 en
2 et.
3 equa.
4 ganato.
5 mancipio.
6 soldata.
7 quando.
8 homo.
9 batalla.
10 *omite* et.
11 ferrat.
12 *omite* alia.
13 presierit.
14 aguas.
15 Castella.
16 Viduerna.

ad Calataiub. *Et* dono u*obis* Anchol cu*m* suo t*er*mino *et* in*de* ad Calataiub. *Et* dono u*obis* Millemarcos[1] cu*m* suo t*er*mino usque ad Calataiub. *Et* dono u*obis* Guisema cu*m* suo termino usq*ue* ad Calataiub. Et q*uo*m*odo* uadit la mata de Maxaran *et* sic*ut* exit ad ip*s*a t*ur*re de la Çeida. *Et* dono u*obis* Cubel cu*m* suo t*er*mino *et* in*de* usq*ue* ad Calataiub. *Et* dono u*obis*[2] Villafelice cu*m* suo t*er*mino usq*ue* ad Calataiub. *Et* dono uobis Langa cu*m* suo t*er*mino *et* in*de* usque ad Calataiub. Et dono uobis Codos cu*m* suo t*er*mino usq*ue* ad Calataiub. Gr*ati*a D*e*i scripta carta[3] in mente decembris sub era M.C.LX.VIIII. Et fuit roborata ista carta in die sancti Stephani de manu Regis in uilla que dicitur Bisense. Signum ✠ regis Adefonsi. *Et* su*n*t in*de* testes auditores *et* uisores Comite de Palares[4]. Comite Artallo. Senior Enneco Semenones de Estrema*tura*. Bertra*n* de Laruas[5]. Sa*n*cio Fortunones d*e* Exauerre[6]. Ep*iscopus* Petr*us* in Rota. Senior i*n* Capella Belleng*er* Go*m*baldo. Senior Garcia Garçeç in Bisense. Petro Iozbert i*n* Anzanue. Ep*iscopus* Arnaldus in Osca. Senior in Osca Sancio Iohannes. Senior Tizon i*n* Boillo. Senior Ato Garçeç i*n* Barbastro. Ep*iscopus* Garcia i*n* Çaragoça. Senior Lop Garçeç i*n* Alagone. Senior Orti Ortiç i*n* Borga[7]. Comite de P*e*rchas[8] i*n* Tudela. Ep*iscopus* Micael in Tiraçona[9]. Senior Fortu*n* Lopeç in Soria Senior Fertu*n* Acenareç[10] i*n* B*er*langa. Senior Lop Enegez[11] i*n* Mo*n*teregale. Ep*iscopu*s Sanci*us* i*n* Pa*m*pilona. Senior Petro Tizone in Estela. Senior Fortu*n* Garceç Kassal i*n* Naiara. Senior Lop Lopeç in Sors *et* i*n* Ricla. Ep*iscopus* Sancius i*n* Naiera. Senior don Gomeç i*n* Cirqço[12]. Latron senior i*n* Alb*er*o. Senior Pet*r*o Momeç in Arroniç. Regna*n*te me D*e*i *grat*ia rex Adefonsi de Bilforado usq*ue* ad Pallares *et* de Baiona usq*ue* in Regalis Monte. *Et* si aliq*ui*s rex u*e*l comite aut senior u*e*l uicino q*ui* h*oc* sup*ra*sc*r*iptu*m*[13] disru*m*p*ere* u*e*l fraudere[14] uolu*er*it, no*n* habeat parte*m* in De*u*m uiuu*m* *et* ueru*m* q*ui* fec*it* celu*m* *et* terra*m* mare *et* o*mn*ia q*ue* i*n* eis s*unt*, s*et* habeat ira*m* d*o*m*in*i Dei o*mnipotentis*, *et* ei*us*dem d*o*m*in*i n*o*s*t*ri Ih*esuchristi* *et* San*ct*e Dei genitricis *et* Uirginis Marie, *et* bea*torum* ap*ostolorum* Petri *et* Pauli, *et* o*mnium* Sa*nctorum* *et* sit maledict*us* *et* anathematizat*us*, *et* no*n* habeat parte*m* cu*m* Sa*nct*is D*e*i neq*ue* cu*m* null*is* bonis *christ*ianis, s*et* cum Iuda t*ra*ditore, q*ui* D*ominum* t*ra*didit, t*r*ibulac*io*ne, *et* anxia*m*, *et* dolore*m* i*n* inferno inferiori pari penepaciat*ur*. Ame*n*. A*men*. A*men*. Fiat. Fiat. Fiat.

Ego Raimiro[15], D*e*i *grat*ia, rex. Pecier*unt* m*ichi* caualleros de Calataiub una dona, *et* ego[16] dono eis cu*m* bona uoluntate *et* bon*a* m*ente* uilla q*ue* dicitur Aranda cu*m* suo t*er*mino, *et* habea*n*t illa lib*era*, *et*

---

1 Milmarcos.
2 *interlineado de la misma mano.* A.
3 *omite* carta.
4 Pallares.
5 Larues.
6 Xauarre.
7 Boria.
8 Percas.
9 Taraçona.
10 Ffortum Aznares.
11 Yeneguez.
12 Cireso.
13 supradictum.
14 ffraudare.
15 Ramiro.
16 *omite* ego.

firma per secula cuncta. Amen. Et que non donent [1] maius quinta, set donent decimo et faciant illos açores [2] et illas turres de Calataiub de illa renda qui se leuauerit in uilla, et in termino eius. Et ego quidem [3] gratia Dei Raimirus [4] rex hoc superius scriptum laudo uobis et concedo et confirmo per secula cuncta. Signum re ✠ gis Raimiri. Et sunt inde testes. Senior Lop Lopeç in Calataiub. Senior Castanno in Bel. Senior Lop Fortunnones in Albero. Senior Ferriç in Sancta Eulalia. Rodrigo Peidrez [5] in Torbena. Petro Romeo senior in Senabo. Senior Sancio Sanç de Esun in Morcad [6]. Garcia Garçeç maiordomo in Grustan [7]. Senior Semen Garçeç de Albero in Penna. Senior Lop Arcez aitaine in Melcorna. Et Capellanos in Capella. Don Enneco et Abbate don Fertunio de Monte Aragone. Senior Cecodin [8] de Nauasa in Billella [9]. Scripta carta in mense octubris II nonas. sub era M.C.LXXII intro in Calataiub. Et qui hoc scriptum disrumpere uoluerit sit tale qualis superius dictum est, et in prima uoce habeat ira Dei et de omnibus XII apostolis, et maledictio Dei et omnium sanctorum ueniat super illo, et super [10] generacionem eius. Amen.

Et ego gratia Dei [11] rex Adefonsus totum hoc superius scriptum laudo et concedo et confirmo uobis barones de Calataiub ut sit saluum et securum et liberum et firmum ad uos et omnis generacio uel posteritas uestra salua mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cuncta. Et qui hoc scriptum uobis forçare uel tracre [12] uoluerit sit tale quale superius dictum est. Amen. Omni tempore ualeat. Amen. Signum Adefonsi ✠ Leonensi [13] regis.

Signum ✠ Raimundi Comes.

Signum Regis ✠ Ildefonsi filius Raimundi comitis [14] Barchinonensis qui auctorizo hoc supra scriptum salue mea fidelitate et de omni mea posteritate. Sunt testes domino archiepiscopo B. Tarragone. Et domino Guillermo episcopo Barchinone. Et domino episcopo Petro Cesarauguste Et domino M. episcopo Tirasone. Et comte de Paliars [15]. Et don P. de Castellazol [16], senior in Calataiub. Et Fertunio Açenareç [17] de Taraçona. Et P. Ortiç. Et don Pelegrin. Et Guillem de Cerbera. Et Guillem de Casteluielg [18]. Et P. Pardo. Et Sancius Rafena. Et Petro Petreç de Terrer [19]. In Era MCC die kalendas septembris.

---

1 donet.
2 azto res.
3 *omite* quidem.
4 Raimirus.
2 aztores.
6 Morcade.
7 Gustan.
8 Cecotin.
9 Billiella.
10 *omite* super.
11 Dei gratia.
12 trahere.
13 Leonensis.
14 comite.
15 Pallars.
16 Pero A. Castellezol.
17 Ffortunno Aznaree.
18 Casteluile.
19 Pero Periz.